Equa p deriuationē ab equo ē dicta nā equoꝝ femina equa est vocata. De qua Aristo. li. vij. Equa impregnata si olfecerit candelā extinctā abortiet. Item idē. Eque pascunt simul ꝛ si morit aliqua alia mater pullū nutriet eū alia. qm̄ genꝰ equarū diligit speciem suā. Itē dicit Pli. li. viij. ca. xlij. Equa stans parit ꝛ suā plem p̄ ceteris animalibꝰ diligit ꝛ amissa parēte alienū pullum nutrit ꝛ diligit tanq̄ꝫ suū. Itē dic idem q̄ in frōte pulli equi nascit quidā folliculus niger ad quātitatē caricę qđ mater lābit lingua ꝛ abscindit. ꝛ nūq̄ꝫ pullū admitteret ad vbera nisi illud ꝑmo abscindat. ꝛ vocat illđ Plinꝰ veneficiū amoris. q2 mulieres incātatrices vtunt illo in ꝑstigijs suis qn̄ volūt aliquē stimulare ad amorē. Itē dic Aristo. lib. vij. Itē equa vt dic idē gloriat in iubis suis ꝛ dolet qn̄ ei ꝑscindunt. ꝛ tetonsa iuba extinguit libido eaꝝ q2 sit in eis esse via amoris. Itē dicit Aristo. li. viij. q2 bos pugnat cū equis qn̄ equi eijciūt eū a pascuis. q2 comedit herbas. ꝛ est ibos debilis visus ꝛ imitatur vocē equi ꝛ qn̄ volat sup ipm̄ stupefacit ipm̄ ꝛ cogit ipm̄ fugere ꝛ q̄nq̄ꝫ interficit ipm̄ ꝛc.

De poledro Capitulū XL.

Poledrus dr̄ eque filiꝰ siue pullꝰ equinus q̄diu matris vberibꝰ est subiectus. In cuiꝰ frōte vt dic Aristo. li. vij. inuenit ꝓ concinor. i. amoris veneficium qn̄ nascit. ꝛ lambūt matres coꝝ lingua ꝛ comedunt illud. ꝛ mulieres incātatrices ꝑturbiant ex hoc. vt dic idem. Itē li. xiiij. Posterior ps pulli equi est maior pte anteriori. et cū iuuenescit crescit ps superior. et ꝓpter hoc erit eleuatio anterioris ptis corpis multoꝝ equoꝝ maior q̄ꝫ posterioris. ꝛ ideo quando est pullꝰ potest pede posteriori tāgere caput suū. qđ facere nō potest qn̄ ꝑuenit ad etatē. Q̄diu aūt pullus est matrē miro affectu diligit. et sequit eā quocūq̄ꝫ vadit. ꝛ si matrē ea sīu aliquo ꝑdiderit. hinnitu eā querit. pullꝰ equinꝰ stramētis nō sternit. sigillo non tergitur. phaleris nō ornat. calcaribꝰ nō pcutitur. selle nō subijcit. freno nō domat. matrē lib. tē sequit gramine depascit. clanculis ī pedibꝰ nō clauat. libere discurrere pmittit. Sȝ in fine labori exponit ꝛ loris ꝛ capistris coartat. a matre subtrahit. vbera sugere nō pmittit. suaueo cursus facere multipliciter informat. Et vt dic Isi. li. xiiij. aurigis exponitur. quadrigis ꝛ curribꝰ subijcit. equestri milicie deputat. varijs fortutie sortibꝰ paup equi filiꝰ ꝓpagat. Et ideo dicit Isi. in codeȝ libro. q̄ equi fuerūt quondā diuersis nūibꝰ deoꝝ ↄsecrati. nā equos q̄drigales soli deputabāt ꝓpter q̄ttuor solis in anno mutationea. s. veris. estatis. autūni. ꝛ hyemis. ꝑ que solis alterātis oīa. Equos aūt bigales dedicabāt lune. q2 bino tp̄e scȝ nocte ꝛ die videtur. et ideo cultores lune duos equos ↄiungūt. s. albū ꝛ nigrū. Equos ꝟo trigales inferis dijs ascribebāt. q2 demones p tres etates hoīes ad se trahūt. s. p infantiā. ꝛ adolescentiā et senectā. hi diuersoꝝ colorū eq̄s pariter cōiungebāt. Ultra aūt septē equos simul copulare de facili nō audebāt referētes hoc ad cursum septē sideꝝ quoꝝ motu mundū regi generaliter supponebāt. vel ad numeꝝ septē dieꝝ quoꝝ circulo vite ꝑsentis terminū pagi ↄcernebāt. Ideo etiā colores equoꝝ mirabiliter discernebāt vt dic Isid.

ibidem. Nā equos rosei coloris dedicabāt igni siue soli. albos aeri. prassinos et fuscos terre. venetos aque siue mari. Itē eq̄tabāt equos roseos in estate. qm̄ tūc omnia calescunt. albos aūt in hyeme quia tunc glacie frigore oīa canescūt. prassinos in vere. quia tūc omnia virescūt. fuscos vel nigros in autumno quia tūc oīa desiccant̄ ⁊ quasi a p̄ma pulcritudine deficiūt. Itē dicit idē ibidem. equos roseos marti deo belli cōsecrauerunt. vel quia romanoꝝ vexilla decorabantur cocco. vel q̄r mars gaudet sanguine albos aūt equos ꝯsecrauerūt zephiris par ibus ⁊ serenis. prassinos flori ⁊ terre. venetos aeri atq̄ȝ aque quia cerulei sunt coloris glaucos aūt ⁊ varios ⁊ purpureos deputauerūt iridi queȝ arcū dicūt. quia iris habet colores plureo. Hec omīa sup̄sticio hominū p̄curatione demonū circa elementa mūdi aliq̄n antiquit⁹ obseruabāt. vt dicit idē Isid. Et ideo mūdus iste ꝯtemnendus est. quia plurimiū ieȝ specie sathane repleuerāt. Dicitq̄ȝ Isi li. viij. Circa aūt pullū equinū h̄ vltimo aīaduertes q̄r passum suaueȝ vel duꝝ quē assuescit ī iuuētute vix pōt dimittere etiā in senectute

De elephante Ca. XLI.

Elephas. tis. ⁊ elephant⁹ d̄r p codeȝ animali. dicit̄ aūt sic ab elphio grece quod mons d̄r latine. et hoc ē vel p̄pter corporis maximi quantitatē. ſȝ apud indos barro vocat̄. vnde ⁊ vox eius barrit⁹ vocat̄. cui⁹ dentes dicunt̄ ebur et rostrū p̄muscida nuncupat̄. nā illo ori cibū admouet vt dic̄ Isi. li. xij. ⁊ subdit. hoc ḡ animans in reb⁹ bellicis aptū est. In his enī animalibus medi ⁊ perse ligneis turrib⁹ collocatis tanq̄ȝ d̄ muro iaculis dimicāt. in intellectu ⁊ memoria p̄ ceteris animalib⁹ vigēt. gregatim incedūt. nutu quo valent salutāt homines. murē fugiūt. auersi coeūt. in aquis pariunt vel in siluis. ⁊ vbi fetus pariūt ibi fetus dimittūt p̄pter dracones quia eis inimicant̄. ⁊ ab ipsis implicanti necant̄. biennio fetus portāt nec amplius q̄ȝ semel gignūt. nec plures q̄ȝ tm̄ vnū gignūt. viuūt aūt trecētis annis. vt dicit Isid. li. xij. Sed Plini⁹ lib. viij. c. j. Elephas inquit inter omnia animalia maxime est ꝯtutis ita q̄ vix in hominib⁹ tāta p̄bitas inuenit̄. Nam vt dicūt in noua luna cōueniunt gregatim ⁊ ī flumine se abluunt ⁊ balneāt ⁊ nouo sideri communiter post inclināt. ⁊ sic redeūt ad locū suū. Iuuenes suos eundo ⁊ reuertēdo ante se ire faciunt quos diligēti cura custodiūt ⁊ instruūt ad similē faciendū. Itē quādo egrotāt quasdam herbas salub̄res eis ꝯgregāt ⁊ anteq̄ȝ eis vtant̄ supino capite eas ad celū leuant. ⁊ quadā religione a numinib⁹ sibi adiutorium postulāt. Itē boni intellectus ⁊ animalia ita docilia q̄ regē cognoscere ⁊ q̄si adorare instruunt̄ ⁊ nutunt̄. quia reuerētie ḡtia sua genua incuruāt. Item d̄r li. v. si elephātes hoīem errantē sibi obuiū viderint in solitudine p̄mo ne ip̄m terreāt aliquantulum de via se subtrahūt. ⁊ tūc gradū figūt ⁊ paulatim ip̄m p̄cedentes viā ei ostendūt. Et si draco eis occurrerit p̄ homine defendēdo cū eo pugnāt ⁊ virilit̄ se opponūt. ⁊ hoc potissime dicunt̄ facere q̄n habēt iuuenes. timent enī q̄ homo querat fet⁹ suos. ⁊ ideo se expedire de hoīe p̄mo desiderant vt sic securius possint nutrire filios ⁊ eos cautius custodire. Itē li. viij. c. vj. semp gregatim incedunt. ducit agmē maxim⁹ natu. cogit ⁊ cooperatur etate p̄xim⁹. Aquā vel amnē transituri iuuenes p̄mittūt ne maioꝝ īgressu impediat̄ alue⁹. ⁊ sic nō possent ꝯuenienter pertransire. vt dic̄ ibidē. Itē mirādus est in eis pudor. nā q̄n vnus ab alio vincit̄ victus vocem fugit victoris. In abdito coeūt. masculus q̄n est q̄nquennis. ⁊ femina quando est decēnis. ⁊ hoc nisi duob⁹ annis vt dicunt. ⁊ in istis duob⁹ annis nō nisi q̄nq̄ȝ diebus tm̄ sexto die raro supaddito. vt dic̄ idem. Tempore coit⁹ sunt p̄iculosi valde ⁊ maxīe agrestes. nā tūc domos indoꝝ ⁊ stabula prosternunt. ⁊ iō domitas feminas tūc abscondūt ⁊ q̄n domiti sunt optimi sunt ī milicia. nam ferūt turres ligneas. acies p̄sternūt conuertuntq̄ȝ armatos. Sed q̄d miꝝ est q̄ armatas acies nō timēt. vocē mūris fugiūt ⁊ formidant. Itē ca. xl. fronte ⁊ rostro altas prosternūt palmas. ⁊ sic comedūt fructus eaꝝ. Itē inter elephātes ⁊ dracones est p̄petua dimicatio. vñ vn⁹ inuidȝ alteri p̄pter magnitudinē viriū ⁊ corporis q̄titatē. draco eī sitit sanguinē elephātis q̄r frigidissim⁹ est vt suaȝ refrigeret estuantē caliditatē. vt pȝ ī eodem vbi agit̄ de dracone vide ibi

De naso elephantis

Capl'm. XLII.

Secundū Aristo. li. j. ⁊ Auic. Nasus elephātis est lōg⁹ ⁊ fortis ⁊ bolȝat⁹

quasi calceus. ꝛ vtitꝰ illo loco manꝰ. ꝛ ꝑ ipm
accipit cibū ꝛ potū ꝛ reddit ori suo qḋ nul-
lum facit aliud animal. Habet aūt elephas
māmillas in pectore ꝛ habet in ore culmos
fortes ꝛ eiꝰ lingua est valḋ modica respectu
sui corpis ꝛ apparet intꝰ. et raro videt̄ extra
nisi qñ lambit labia post cibū ꝛ potū suū. et
nō inuenit̄ in eo nisi vnū intestinū inuolu-
tum multiplicit̄ ꝛ cōiunctū est sibi ꝑ stoma-
cho. vñ post id nō est aliud nisi vnū ꝑ quod
eiicit superfluitatē. ꝛ habet epar magnū q̄druplum
ad epar bouis. Sed splenē habꝫ par
uulū respectu sui corpis. ꝛ hoc est vt dicit
Auic. quia melancolia transit ei in nutrimē-
tum. Itē Aristo. li. ij. quādo generant̄ appa-
rent dētes generati in eo. cū rostro suo era-
dicat arbores ꝛ cū natat spirat cū eo ꝛ eiicit
aquā ꝛ ille calceus creat̄ cū cartilagine. Ele-
phas aūt qñ sedet flectit pedes suos. sed nō
potest flectere pedes q̄tuor ꝓpter pōdus cor-
poris. sed fulcit̄ sup latus dextrū vel sinistꝝ
ꝛ dormit stāte corpe ꝛ pedes posteriores fle-
ctit sicut homo. Itē lib. v. masculꝰ coit post
q̄nquenniū sed femina post decenniū vsqꝫ
ad. xl. ꝛ postq̄ꝫ parit femina q̄escit post trien-
nium. ꝛ postq̄ꝫ fuerit impgnata oīno a ma-
sculo nō tangit̄. ꝛ trahit in vtero ꝑ bienniū
ꝛ quādo parit parit simile vitule duoꝝ aut
triū mensiū. Itē li. vij. elephāti accidit infir-
mitas ex ventositate. ꝛ ꝓpter hoc non potest
eiicere vrinā aut stercꝰ. ꝛ si nō comederit ter-
ram morit̄ nisi ad hoc fuerit assuetꝰ. quan-
doqꝫ tamē degluti lapides. Accidit etiā ei
dolor iuncturaꝝ ꝛ iuuat ꝯtra hoc potus aq̄
calide ꝛ herbe submerse in melle. quoniam
iste dñe res ꝓhibent fluxū vētris. ꝛ qñ vexa-
tur dolore q̄ nō pōt dormire inungunt̄ spa-
tule cū oleo ꝛ aqua calida. ꝛ sic curat̄. idē fa-
cit caro porcina assata sup dolētes spatulas
colligata. Et si habuerit ferrū in corpe dat̄
ei bibere oleū ꝛ extrahit̄ ferrū cū potu olei.
ꝛ si nō potest bibere oleū ponunt̄ medicine
in oleo ꝛ decoquunt̄ ꝛ dat̄ eis ad comeden-
dū. Itē ibidem. li. viij. Masculꝰ est maioris
corpis ꝛ animositatis q̄ꝫ sit femina. tamē do-
mat̄ masculꝰ ꝑ verbera qñ ꝑcutit̄. obedit q̄ꝫ
diu sedet sup eū venator ꝛ cū descēderit li-
gant̄ pedes anteriores eius donec domesti-
cetur. Et sequit̄ in eodē libro. domesticabi-
lior est ꝛ obediētior oībꝫ animalibꝫ agrestibꝫ
hñs sensum meliorē ꝛ sentit frigꝰ in hyeme ꝛ
frigidū ventū. ꝛ est aīal valde fluminale et
manet circa fluuios ꝛ mergit se in aqua vs-
q̄ ad mentū ꝛ natat. sꝫ non potest diu dura-
re in natādo ꝓpter corpis pōderositatē. Sūt
aūt elephātes natural̄r benigni. q̄r carent
felle. vt dic̄ Aristo. li. xiiij. accidētaliter tamē
efficiunt̄ seui qñ nimis ꝓuocant̄ vel quādo
inebriati vino ad pliandū acuunt̄. Itē dic̄
Aristo. li. vij. nullū aīal viuit ita diu sic ele-
phas. ꝛ hoc ꝓpter suā cōplexionē q̄ assimila-
tur aeri ꝯtinuēti. ꝛ ita oportet q̄ impregnetur
ꝑ bienniū ꝓpter magnitudinē cōcepti fetꝰ q̄
citiꝰ nō pōt ꝑfici nec cōpleri

De elephantibꝫ Ca. XLIII.

De elephātibꝫ aūt dicit Solinꝰ. Si-
derū inq̄t seruāt disciplinā elephan-
tes ꝛ luna crescēte petunt amnes et
sparsi liquore solis exortū salutāt motibꝫ q̄-
bus ꝑnt. deinde in saltꝰ reuertūt̄. Candore
dentiū intelligit̄ iuuētꝰ quoꝝ alter semꝑ in
ministerio est ꝛ alteri ꝑcit̄ ne assiduo repcus-
su hebetet̄. Sꝫ qñ a venatoribꝫ ꝓmūt̄ simul
ꝑcutiunt ambos ꝛ eos ꝯfringūt. vt dānato
ebore ꝛ deturpato vlteriꝰ nō ꝑsequāt̄. Hāc
enī periculi sibi sentiūt esse causaꝫ. Raro co-
eunt ꝛ tūc in aquis viuis se abluūt nec ante
ablutionē ad gregē reuertūt̄. ꝑ feminis nū-
q̄ꝫ pugnāt. Nulla enī nouerūt adulteria. et
quādo casu aliq̄ dimicāt nō mediocrem ha-
bēt curā sauciorꝝ. nā fessos ꝛ vulneratos in
medio sui recipiūt ꝛ ipos plꝰ q̄ꝫ se ꝑcgunt
defendūt. Quādo capiunt̄ pastu ordei mā-
suescūt. fit enī fouea subterranea in via ele-
phantis in quā incidit ignorāter ad quā ve-
niens vnꝰ venatoꝝ ꝑcutit ꝛ pūgit ipm alter
aūt venatoꝝ superueniēs ꝓmū ꝑcutit venato-
rem ꝛ amouꝫ eū ne ꝑcutiat elephantē. ꝛ dat
ei comedere ordeū. qḋ cū ter vel quater fe-
cerit diligit se liberantē et ei deinceps obe-
diēs māsuescit. Si casu aliquo vorauerit
vermē q̄ cameleon dr̄. sumpto oleastro me-
det̄ pesti. Uentrē habet mollē ꝛ dorsuꝫ du-
ruꝫ. ꝛ tō pugnās cū vnicorne opponit ei dor-
sum. cauēs ꝑnt pōt ne ꝑ mollē ventris ptez
fodiat̄. Pilos habet paucos ꝛ setas nullas
Aures habet amplas tenues ꝛ lōgas inferi-
us dependētes quas erigit ꝛ extēdit et inde
grauissime ꝑcutit quādo irascit̄ ꝯ draconē
quē odit. nec miꝝ. sitit enī sanguinē eiꝰ ꝛ eū
bibit qñ potest. Quēobrem ipm nunq̄ꝫ inua-
dit draco nisi qñ potu elephas est repletus
vt ꝓpensius irrigatꝰ maiorē sumat de oppres-
si sanguine satietatē. Huicusq̄ꝫ Solinus. q̄

multa alia ponit que supra dic̄ Pli. In li/bro aūt phisiologi de elephāte memini me sic legisse. Elephas inquit est animal quod magnitudine inter oīa animalia quadrupedia precellit. intellectu ⁊ memoria multum vigēs. nā elephātes inter alia coꝝ facia nūq̄ dormiēdo totaliter se inclināt. quādo fessi sunt arbori ⁊ maxime palme quietis grā accubāt. ⁊ sic qualitercūqꝫ se sustētant q̄ruz quieti hoīes insidiātes occulte arborē ꝯcauant. cui se appodiās elephas ⁊ nesciēs fraudem pondere corꝑis arborē frangit ⁊ frangendo cadit subito ⁊ succūbit q̄ casum suū vidēs irreparabilē miro modo barrit. id est clamat ⁊ rugit. ad cuiꝰ barrituz multitudo iuuenū subito accedit elephantū. q̄ paulatī seniorē ꝑ viribꝫ eleuāt ⁊ vt eū releuent miro affectu se totis viribꝫ inclināt. Coitū abhorrent nisi ꝑ sola ꝓle. vñ dr̄ idē q̄ qñ elephātes indicos luxuria stimulat. via morꝫ femina p̄cedit versus orientē. q̄ uā sequit masculus quousqꝫ ī abscōdito deueniāt qualitercūqꝫ poterit mādragorā querit cuiꝰ fructuz p̄mo femina gustat. deinde masculꝰ eundē fructū comedēs eā impregnat ⁊ fecūdat. vt dr̄. sed diu ꝓpter magnitudinē fetus femina in vtero fetū gerit. ſꝫ tempe partꝰ in aquis ⁊ in insulis fetū pereat ꝓpter draconis metuz ne ipm tenellū fetū sorbeat aut deducat. et dū mater filiū parturiēdo laborat. masculꝰ ꝑ viribꝫ ipam ꝓtegit ⁊ defendit. Item dicit ibidē q̄ ossa elephātis cōbusta fugāt serpentes ⁊ oīa venenosa. Itē aliud dicit ibidem valde admirandū. Dicit eīn q̄ apud ethyopes in aliquibꝫ regionibꝫ sic venāt. accedit ad deserta vbi due virgines omnino nude habitāt ⁊ crinibꝫ resolute. quaꝝ vna fert alucolū. alia gladiū. incipiūt ast alte cantare quaꝝ cantū audiēs bestia venit ad eas ⁊ lingit eaꝝ mamīnas. de dulcedine aūt cantus mox obdormit elephas. ⁊ tunc vna ꝑforat gladio guttur vł latus. altera vero colligit sanguinē eius quo tingit pannus q̄ purpura appellatur

De hedo. Ca. XLIIII.

Edus ab edēdo est dictus. parūꝰ eī est ⁊ pinguis ⁊ iocundi sapoꝛꝫ. vt dicit Isi. li. xij. eius naturalis siccitas ex hūiditate etatis tpāt. vt dic̄ Isaac in diet. vnde melior ⁊ digestioni est ꝯpetentior maxime si est masculꝰ. vñ eius caro bene nutrit ⁊ sanguinē bonū gignit. Caloꝛē habet vehementioꝛē ꝓpter etatis beneficiū. ⁊ iō carnes heduline exeuntí egritudinē ꝓpter suā tēperiem sunt cōmode. ⁊ ideo ꝯueniūt maxīe humane nature. maxime his q̄ delitiose viuūt ⁊ quiete. Pilū habet longioꝛē ⁊ hispidioꝛē q̄ habeat agnꝰ. sed habet carnē meliorem ⁊ digestioni obedientioꝛē ꝓpter eiꝰ temperiē ī humiditate ⁊ caloꝛe. vt dic̄ Cōstan. Habet aūt hedus visum valde acutū ⁊ simplicem aspectū ⁊ obliquū ⁊ balatu cognoscit quecūqꝫ parentē. vt dic̄ Plinꝰ li. viij. c. j. Eiꝰ iecur si comedat dicit sanare vespertinā aciē oculoꝝ his quos noctilopos vocāt. Itē idē li. xxviij. c. x. dicit. pelles hedoꝝ sanant morsus venenosos si calide desuꝑ alligēt. pili hedorum exusti suo odore fugāt serpētes. vtunt pelle eiꝰ recente ad plagas. sanguis eius valet cōtra venenosa. eius etiā coagulū valz ꝯ virus bibitū ⁊ ꝯtra sanguinē thauri bibitū siue sumptū. Hucusqꝫ Pli. Est aūt animal imbelle ⁊ innocuū ruminās ⁊ mundū sacrificiis antiq̄tus deputatū petulās saltans et lasciuū. intrinsecꝰ pingue ⁊ carnosum. extrinsecus hispidū ⁊ macilentū. tirsos carpens ⁊ corrodēs ramusculoꝝ ⁊ diligit p̄cipue folia edere ⁊ ꝯsimiliū virgultoꝝ

De eruca Ca. XLV.

Ruca est vermis multipes crescēs ī folijs oleꝝ ⁊ pampinoꝝ. frōdes fructus ⁊ flores corrodēs et depascens Et est eruca ab erodendo dicta. quia rodit folia arboꝝ ⁊ herbaꝝ. vt dic̄ Isid. lib. xij. de qua meminit Plautꝰ. imitat inquit nequaz bestiā ⁊ maleficā inuolutā in pampino. cui se implicat nec aduolat vt locusta. Huc illucqꝫ discurrēs semipasta dimittit. ⁊ remanet suꝑ frondes ⁊ tardo lapsu pigrisqꝫ morsibus vniuersa ꝯsumit. Hucusqꝫ Isi. li. xij. ſm Plini. lib. viij. Eruca est aīmal villosuz ⁊ quasi lanuginosum. nā in arboꝝ extremitatibꝫ corrosis frondibꝫ viroreqꝫ cōsumpto texit d̄ suis visceribꝫ qn̄ asdā telas more araneaꝝ ex quibꝫ se inuoluit ⁊ ꝑ totā hyemē custodit pestiferꝝ semē suū. Egerit eīn quedaz oua ex quibꝫ in vere erumpētibꝫ gēmis nascitur multa ꝓles. ex cuiꝰ ingluuie ledunt et pereūt a suis fructibus arbores atqꝫ herbe Est aūt eruca vermis mollis ⁊ saniosus diuersis coloribꝫ distinctꝰ d̄ nocte vt stella lucena. de die deformia ⁊ multicolor apparēs nō caret peste aliqua virulēta. Nam qn̄ per membrū hoīs calefactū serpit cutem exurit

z post se pustulas derelinquit. ad modū au
tem bombicis sericū faciētis formā suā mu
tat z se in formā volatilis de reptili transfi/
gurat. nā alas tenues z latas suscipit qb9 his
hinc inde volitando libere p aera se extollit
Quot aūt colores prius in corpe habuerat
totidē in oculatis alis colorꝝ differentias re
presentat. et tale volatile papilio nuncupat
vt dic Jsidor9. lib. xij. Papiliones dicuntur
auicule que maxime abundāt i floribꝫ mol/
ue que ex suo fetore faciūt vermes nasci. vt
dicit idē. Nā et erucis papiliones efficiunt
ex papilionū stercoribꝫ sup folia derelictis
eruce iterū generant. minus aūt ledunt cor
rodenda quādo volāt q̄ quando repūt Et
dicit Papias. Papiliones sunt minuta vo
latilia que de nocte cōueniunt accēso igne
in candelis. quarū lumen cū extinguere ni/
tuntur igne exurunt. z sic cū alienū lumen
volunt interimere ipsi in proprio corpe pu/
niuntur

De faunis z satiris
Capitulū. XLVI.

Fauni quidē z satiri dicunt quedā
beste mōstruose effigiē quidē hoīs
habētes. sꝫ ad plenū nō sunt huma/
ne pticipes rōis. vñ nec arte nec natura sūt
dociles ad loquendū. ferū z beluinū habēt
animū z bestialē appetitū. vñ hmōi aīalia
sunt in venerē valde pna. intantū vt mulie/
res coitu interficiāt. si quas errātes i nemo/
ribꝫ cōphendāt. Jdeo dicunt satiri. q2 nō
possunt libidine satiari. vt dic Jsi. q̄uis aūt
talia rōe humana nō vtant. in multis tamē
actibꝫ z etiā in voce hoīes imitant. vt dicit
Jsi. li. xj. c. de portētis. Satiri inqt qui sunt
homūciones aduncas habētes nares z cor
nua in frontibꝫ. z in pedibꝫ sunt similes ca/
pris. Talē vidit sanct9 Anthoni9 in solitu/
dine. z interrogat9 q̄s esset. fert anthonio re
spondisse. mortalis ego sum vn9 ex accolis
heremi. quos vario delusa errore gētilitas
faunos z satiros ac icubos colit. Satiri au
tem q̄ z fauni fatui dicti sunt. a q̄busdā ere
dunt esse hoīes silvestres vt in eodē. c. dicit
Jsi. Ethi mōstruose variant. nā quidā sūt
cenocephali ex eo q2 caninis capita habeant
quos ipse latrat9 magis bestias q̄ hoīes ↄsi
tetur. Alij dicūt ciclopes. sic dicti qm vnū
oculū habere dicunt z hūc in medio fronte
habere phibent. Alij oīno capite carēt z cer
uice quorꝫ oculi sunt in humeris. Alij hūt
faciē planā sine naribꝫ labiū inferi9 ita pmi
nens habētes vt in solis ardoribꝫ totā ex eo
ↄtegāt faciē dormiētes Alij ita ↄstricta hūt
ora q2 sup pectus vno tm̄ foramine auenarꝫ
calamis potū haurientes z hi sine linguis di
cunt esse. loco sermonis vtunt nutu. Jtem
sunt etiā alij in scithia ita magnas habētes
aures vt ex diffusa earū magnitudine ipsis
cōtegant totū corp9. et hi panthios dicunt.
pan em̄ grece omne. othi auris nominatur.
Sunt z alij in ethiopia pni ambulātes vt
pecora nequaq̄ sursum erigere se valentes
z hi artabantes nominant. Sūt z alij i ethi
opia habētes tantū vnū pedē ita magnū q2
resupini in terra iacētes adumbrent pedis
magnitudine ↄtra estū. z cū hoc sunt tāte ce
leritatis q2 canibꝫ in cursu cōparent. et ideo
a grecis cinodopes appellant. Jtē sunt alij
q̄ habēt plantas versas post crura et senos
digitos in plātis. z tales i desertis libie eua
gant. Jtē in scithia sunt aīalia formā huma
nā habētia z pedes eq̄nos. z hmōi mōstra a
multis lamie nūcupant. vt dic Pascasi9 su/
per trenos. Multa alia ponit Jsid. mōstra
talia li. xj. z omia accepita Pli. li. vj. z. vij. z
etiam a Solino.

De feminis Ca. XLVII.

Femine a ptibꝫ femorꝫ vel feminum
sunt dicte vbi spēs sex9 distinguunt
ab ipo viro. vñ d2 a fos qd est ignis
q2 vim habet femina igneā qua vehemēter
ↄcupiscit. Jn omi ei genere animaliū pl9 cō
cupiscit femina q̄ mascul9 z ardenti9 moue
tur ad amorē. vt dic Jn. li. xj. Femine aūt p
prietates generales ponit Aristo. li. viij di/
cens. Femīe maribꝫ sunt debiliores pter vr
sum z leopardū. nā horꝫ femīe sunt audacio
res z fortiores. Et sunt femie leuiores ad in
struendū z sunt magꝭ solicite circa fetū. sūt
etiā maioris pietatis zc. q̄re supra residuū
li. vj. c. j. de puella. ibi cū multa inuenies d̄
hac materia. Est ei femina naturaliter ma/
ioris ire q̄ mascul9. vñ de facili pugnat cō/
tra masculū. z ponit Aristo. li. viij. exemplū
de foca. nā foca semp manet in eodē loco. z
pugnat mascul9 cū femina quousq̄ vn9 in/
terficit aliū. Et est femia minoris ↄstātie et
fidelitatis ei9 masculo q̄ econuerso. et ponit
Aristo. exemplū de sepia. nā qñ femina pcu
titur iuuat eā mascul9 sꝫ femia fugit marē
qñ pcutit z psequit illū Jtē Aristo. dicit li.
xv. Femina in generatōe se9 ē sicē materia.

sed mascul⁹ sicut forma. erit ei semē ab ambobus ex quoꝝ cōmixtione creatura fit. et ꝓpter hoc dico ꝙ mascul⁹ et femina sunt principia generatōis. ⁊ mascul⁹ vt forma. femia vt materia. ⁊ ideo datū est masculo vt generet in altero. femina generat ex alio in se ipa. Item femia generalit' est nature infirmioꝛis ⁊ fluxibilioꝛis ꝙ̄ mas. ⁊ hoc accidit ꝓpter remissionē caloꝛis ⁊ intēsionē frigidi humoꝛis q̄ plus abundat in femia ꝙ̄ in mare. ⁊ iō accidit mulierib⁹ ⁊ etiā quibusdā quadrupedib⁹ supfluitas menstrual'. vt dicit idē. sed nulli⁹ animalis femia inranū subiacet illi morbo sicut mulier. De his aūt ⁊ alijs ꝯditionib⁹ feminarū bonis ⁊ malis. quere sup libro. vj.

De fetante Ca. XLVIII

Fetans est pariēs vel generās ī quolibet genere animaliū. vñ idem est fetans tis. ⁊ pecus pecudis. vñ illud ꝑ post fetātes ac. eū. Habet aūt omnia fetans membrū ꝓpriū in quo cōcipit ⁊ nutrit fetuz suū. ⁊ ad fetandū. i. ad generandū ⁊ pariendū disponit ⁊ coopat' reuolutio oꝛbiuz ⁊ influētia sideꝝ seu stellaꝝ. vt dic̄ Aristo. lib. xviij. in fine. Naturalit' inq̄t erit terminus numer⁹ generatōis ⁊ cōplemēti ſm reuolutiones stellaꝝ. de h̄ quere supra li. vi. ca. iij. de muliere pariēte.

De fetu Ca. XLIX.

Fetus. tus. tui. dr̄ part⁹ fruct⁹. s. vteri hoīs vel cui⁹libet animalis. sed ꝓprie est in vtero adhuc subsistēs in q̄ fouet'. vñ dicit Isid. li. xj. Fet⁹ vocat'. qꝛ adhuc in vtero fouet'. cui⁹ secūdine dicunt' folliculi. q̄ simul cū infante nascunt'. ꝯtinentq3 ipm fetū sunt sic dicti eo ꝙ fetū sequunt'. moritur enī mater qñ casu aliq̄ cū fetu de eius vtero nō ed unt'. A fetu aūt dicunt' semie feꝛose q̄ ad ꝯcipiendū ⁊ ad pariendū fetū suū fuere ⁊ fecūde ⁊ que fetu solent esse plene. vt dic̄ Isi. Distinguit' aūt fet⁹ eiusdē vteri a fetu potissime p sex⁹ diuersitatē. vel qꝛ est mascul⁹ vel femia. nisi in his in q̄b⁹ vterq3 sex⁹ inuenit' vt in hermofroditis s3 sp imꝑfectus vt dic̄ Isid. li. xj. de fetu aūt q̄re supra lib. vj. vbi agit' de hoīs generatōe

De ficario Caplm. L.

Ficari⁹ in vna significatōne dr̄ ille q̄ colligit vel vēdit fic⁹. alio noīe dicūtur ficarij hoīes siluani de ficub⁹ viuentes. ⁊ sic sumit' ficari⁹ in hieremia. ca. l. vbi dr̄. habitabūt dracones cū fatuis ficarijs. ibi glo. i. cū hoīb⁹ siluanis. Alio modo dicunt' fatui ficarij fauni ⁊ satiri q̄ int' agrestea ficus ⁊ alias arboꝛes moꝛant'. q̄les sunt pilosi onocentauri ⁊ alia animalia mōstruosa. de quib⁹ dic̄ Isid. li. xj. in ca. de faunis. vide supra codē de faunis. Et dicunt' sic fatui ficarij hoīes beluini in q̄busdā cōmunē formā cū hominib⁹ habētes. in alijs vero in formā bestialē degenerātes. vt iste videre in lamijs simeis ⁊ in sirenis. ⁊ hmōi sunt ficarij. quia sic hoīes de fructib⁹ victum habēt fatui tamē sunt qꝛ rōis vsu carēt. ⁊ ideo nō approbat' littera aliquoꝝ libroꝝ qui sic hūt cū fatuis ficarijs. Nā ficarij sunt quidā3 latrones dolosi q̄ cū sica. i. breui gladio interficiunt improuisos sicut aioth q̄ cū sica pendente in dextro latere regē eglon pinguissimū interfecit. vt Iud. iij. S3 tales in babilone destructa nūc nullaten⁹ imoꝛant' cum nō sit habitaculū hoīum loquēdo ꝓprie. s3 potius mōstroꝝ. vt dic̄ Hiero. sup Isa. posset tñ dici ꝙ ficarij sunt sicarij. nā sica grece ficus dr̄ latine. ⁊ ſm h̄ reddit ꝓmā expositōez ſm latinos q̄ meli⁹ dicunt' hmōi hoīes mōstruosi ficarij ꝙ̄ sicarij. vt supra patet d̄ faunis ⁊ satiris

De formica. Ca. LI.

Formica dr̄ quasi ferēs micas. id est grana farris. Vñ Ouid. meth. Grāde opus exiguo formicas oꝛe gerentes. vel dr̄ formica q̄si ferens micas. i. farris grana que cōgregat. Granoꝝ enī prescindit cacumina vl' extrema ne germinēt quaꝝ fertia multa est. puidet enī sibi in futurum. Nam in estate ꝯgregat vñ in hyeme viuat. vt dic̄ Isi. li. xij. Cōgregat aūt triticū ⁊ non curat oꝛdeū. quādo pluuia sup triticū coaceruatū descendit. formica totū eicit ⁊ soli exponit vt iteꝝ desiccet'. In ethyopia dicūt' esse foꝛmice ad formā canis q̄ arenas aureas pedib⁹ eruūt quas custodiūt ne quis auferat capientesq3 ad necē ꝑsequunt'. vt dicit Isi. li. xij. in c. de minutis animalib us. De formica etiā dicit Solinus. Formice inq̄t nigre sunt valde parue ⁊ tamē plus ꝙ̄ magna animalia sunt solertissime discipline. nā ꝓuident sibi sapiēter imposteꝝ vnde viuant. gregatim viuūt. ⁊ cumulos cōponunt in q̄bus habitāt. grana solicite ⁊ solerter recolligunt. solertius decoꝛticāt que in secretiorib⁹ domūculoꝝ ne ab auib⁹ rapiant' vl' etiā

vento dispergant reponūt cantissime. Oc/
cultas vias faciūt rectas in domos in qui/
bus habitāt. ꝛ sapientiores semꝑ stant i vijs
illis ne stulte deuient vel aberrent. Cum in
domibꝫ suis coangustant ad capturā ꝓfun
dunt hoies aqua venenosa. ꝛ ideo vulgari
ter dr̄ ꝙ mingūt ꝛ illa aqua manū vrit tan/
gentis ꝛ in ea pruritū gignit. nā illā aquam
habet loco armature. Hucusqꝫ Solinus.
Plini⁹ li. xj. c. xxxj. dicit sic de formicis. Labo
rem sibi inuicē cōicant ꝛ cibos querūt. qbꝫ
viliores sunt apes ꝙ cibos vtiles faciūt. sꝫ
he cōdunt. maiora ferūt pōdera ꝙ̄ eaꝝ sint
corpa. vñ paruitatē corpis recuperant ma/
gnitudine virtutis. pondera sua gerūt mor/
su. ꝛ que p̄ magnitudine i ore ferre non pñt
auerse pedibꝫ posterioribꝫ obuoluere moli/
untur. De re sua publica eis ē curatio ꝛ me
moria. nā semina abrosa ꝯdunt ne sursū ger
minent in fruges, ꝛ grana dispersa recolli/
gunt cū diligētia ne ꝑdant. et grana maiora
diuidūt in introitu vt sic ea facilius i sua re
positaria introducāt. In plenilunio nocti
bus opant. cessant aūt in interlunio a labo/
re. ꝛ qꝛ de diuersis locis cibū ꝯuehunt. hñt
certū tps ad mutuā recognitionē datū sibi
ꝛ tūc maxia fit recōcursatio. ꝛ fit cū obuijs
quasi quedā collocutio ꝛ diligēs ꝑcūctatio
redeūt ꝑ semitas tritas ꝛ expeditas. ꝙs etiā
ꝑ silices elegerūt. Sunt aūt formice pulle
stricte circa ventrē ꝛ quasi cincte. ꝙ tandem
crescentes efficiunt pennate. ꝛ sic in fine ad
modū muscaꝝ in minuta volantia transfor
mant. Itē ibidē ca. xxxj. Sunt quedā for
mice indice maxime ꝛ cornute ꝙ mira cupi/
ditate gēmas ꝛ auꝝ custodiūt. sed hoc indi
furant estiuo tpe qñ formice in tumulis ꝓ/
pter feruorē nimiū abscondunt. Sꝫ formi
ce odore sentiūt ꝛ sollicite ꝓuolāt. ꝛ aurū de
ferre cupiētes crebro lacerāt ꝙuis velocibꝫ
camelis formicas fugiāt. tantaqꝫ inest eis ꝑ
niciosa feritas cū amore auri. Aristo. ait de
formicis li. viij. In formicis sicut ꝛ in apibꝫ
est sensus olfact⁹. odit em̄ oīne fetidū. vñ si
qs suffumigauerit domos formicaꝝ cū sul
phure vel origano agresti vel cū cornu cer/
uino cōbusto. fugiūt ꝛ dimittūt domos su/
as. ꝙuis aūt forte in grege viuāt ꝛ sibi mu/
tuo obtēperēt. tñ regē nō hñt. vt dicit Arist.
li. j. Et Salomon idē dic̄ Prouerbioꝝ. vj.
Formica ducē nō habet nec ꝓceptorem ꝛc̄.
vbi dic̄ glo. Si tantillū aīal ꝑncipe carens

rōe expers natura duce sibi imposterū ꝓui
det multo magis tu ad imaginē dei ꝯditus
ad videndā eius gloriā vocat⁹ cū tanto ma
gisterio adiut⁹ ip̄m deū creatorē hñs ducē
in pñti debes fruct⁹ colligere quib⁹ possis
viuere in futuro. quere glo. Solertiā autē
formicaꝝ quā supra cōmendāt autores. ap/
probat Arist. li. viij. vbi dic̄. Operatio formi/
caꝝ est manifesta volēti ipam intueri. qm̄ oēs
formice sꝑ ambulāt vna via ꝛ deponunt ci/
bum suū. ꝛ laborāt in nocte apud cōplemē/
tum lune ꝛc̄. Aliquas tñ habēt minus lau/
dabiles ꝓprietates. qꝛ arboꝝ ledūt radices
iuxta quas nidificāt. man⁹ tangentiū coinq
nant. ad summitates arboꝝ scandūt. flores
ꝛ germina eaꝝ corrodēdo violāt. imo fruct⁹
si ꝑmittant ꝯcauāt ꝛ manducāt. hoibus no
cent. attamē visos iuuāt. Nā vt dicit Plini
us. li. viij. ꝙ vrsi qñ egrotāt ꝙ̄runt formicas
quas deuorāt. ꝛ sic coitiscūt eos sanāt. i aliq
bus tñ casibꝫ medicinalia sunt oua formi/
caꝝ. queri in sequēti libro de ouis.

De formicaleone
Capitulū. LII.

Formicaleon a formica ꝛ leone reci
pit denominationē. vt dic̄ Isidor⁹.
li. xij. formica est leo. Est em̄ animal
paruū formicis infestū. nā furtiue earū pm
ptuaria subintrās granū comedit formica/
rum. ꝛ sic ꝑ subtractionē vict⁹ causa est ꝙre
simplices formice i fine necessario moriunt
Ab alijs aūt animalibꝫ deuorant vt formica
nec potest sꝑprijs viribꝫ ꝯtueri. ꝛ est species
aranee. ꝙre supra de aranea de lr̄a A ꝛc̄.

De fuco Ca. LIII.

Fucus fuci est apes maior. minor sca
brone. dictus aūt est fucus eo ꝙ co/
medit labores alienos quasi fagus.
a fagin qd̄ est comedere. depascit em̄ qd̄ nō
laborauit. qꝛ nec mellificat sꝫ alioꝝ mel mā
ducat. de quo Virgil. Ignauū fuc⁹ pecus
a ꝑsepibꝫ arcet. vt dic̄ Isi. li. xij. De his fucis
dicit Pli. li. xj c. xij. Cū largior inq̄t mellis ꝓ
uent⁹ adducit in aluearibꝫ ex ꝯtubernio fu
coꝝ depascit. Sunt aūt fuci sine aculeo ve
lut imꝑfecti apes. ꝛ sunt seruitiales veraꝝ
apū. ꝛ ideo eis imꝑant vere apes primosqꝫ
expellūt ad opa. tardātes autē sine clemētia
pungūt ꝛ puniūt. neqꝫ in ope tm̄ sꝫ etiā in fe
tu adiuuāt apes. Certe em̄ quo maior eoꝝ
fuerit multitudo. eo maior fiet examinū ꝓ/
uentus. Cū mella ꝓo ceperint matura esse

bigũt eas a melle. q2 singulas agresse eas trucidãt atq3 fugant. nec vident nisi in vere. Jm patoribꝫ apũ fuci extruũt regias mãsio nes amplas. magnificas. sepatas. coopculo eminẽtes. ⁊ fiũt sexangule oẽs celle singlo rũ. ⁊ q̃uis fuci sustineãt tot laborꝫ. come dere tñ de melle vix pmittunt nisi q̃ntũ capi unt ⁊ furant. vt dic̃ Pli.

De griphe Ca. LIIII.

g Riphes est animal pennatũ ⁊ q̃drupes in yperboreis ptibꝫ siue mõtibꝫ nascẽs oĩ i pte corpis sunt leones. alis tñ ⁊ capite aquilis assimulant. Eq̃s vehemẽter sunt infesti ⁊ viuos hoĩes discerpũt. vt dic̃ Jsi. li. xij. Adeo aũt infesta t equũ vt ait Hug. q̄ equitẽ armatũ cũ eo rapiat i sublime. vt dic̃ glo. sup Deut. xiiij. Custodiunt aũt griphes mõtes in q̃bꝫ sunt gẽme preciose vt smaragdi ⁊ iaspides. nec pmitunt eas auferri exinde. Vñ dic̃ Jsid. li. xiiij. c. iij. Partes quedã in scithia auro ⁊ gẽmis affluunt. sed griphorũ immanitate accessus hominũ est rarus. Jbi smaragdi optimi ⁊ cristalli ⁊c. Tã magnos habẽt vngues et tam amplos q̄ inde fiũt cyphi qui mẽsis regum apponunt

De glire Ca. LV

g Lires sunt quedã bestiole q̃si maiores mures. sic dicti q2 somn⁹ efficit eos pingues. nã glišcere idẽ est q̄d crescere. vt dic̃ Jsid. li. xij. Tota eñi hyeme dormiũt ⁊ imobiles q̃si mortui requiescũt. estiuo tpe reuiuiscũt. vt dic̃ idẽ. De glire autem dic̃ Pli. li. viij. c. lviij. q̄ glires in siluis libẽter habitãt ⁊ socios sibi notos amant. cõ alienos dimicãt ⁊ pugnãt. Jnsigni ꝓ pietate genitores suos i senectute nutriũt. ⁊ eis alimẽta iuuenes administrãt

De grillo Ca. LVI.

g Rillus sicut ⁊ cirogrillus est aĩal paruũ debile ⁊ infirmũ rapax ⁊ mortiferꝫ spinosum min⁹ ericio. vt dicit glo. sup Leuit. A sono aũt voc̃ nomẽ sumpsit. vt di. Jsi. li. xij. hoc retro ambulat ⁊ terram terebrat. noctibus stridet. venatur cum formica circumligata capillo in cauernam eius cõiecta. afflatu prius puluere ne se abscondat. ⁊ ita formice amplexibus trahuntur vt dic̃ Jsid.

De hinnulo Capitulũ. LVII.

b Jnnulus cerui est filius ab innuendo dictus. q2 nutu matris abscõdit vt dicit Jsid. li. xij. animal quidẽ est debile ⁊ imbelle sicut damula. ⁊ est acutissimi visus ⁊ velocis cursus. mater aũt ei⁹ ipsum in specubꝫ ⁊ antris ⁊ locis vmbrosis abscõdit ⁊ illũ vltra spineta ⁊ rubeta saliare instruit. vt dic̃ Pli. li. viij. c. de ceruis. vide supra lr̃a C. carnes habẽt teneras ⁊ digestibiles ꝓpt mot⁹ frequentiã ⁊ discursum. vt dic̃ Cõstã. ⁊ Jsaac in diet. ⁊ si fuerit castrat⁹ anteq̃3 crescant ei⁹ cornua. caro ei⁹ melior ⁊ tẽperatior in siccitate ⁊ calore est. vt dic̃ idẽ. ⁊ si fuerit castrat⁹ anteq̃3 cornua habuerit nũq̃3 ei vlterius crescẽt. ⁊ si post nunq̃3 ea abijciet nec mutabit. vt dic̃ Aristo. li. viij. et Plin. Hinnuli serpẽtibꝫ ꝯtrariant miro mõ. q̄ eñi fuerit iniunct⁹ ei⁹ sepo vel sanguĩe a serpẽte illo die nõ tãgit. vt dic̃. xxviij. li. c. ix. ⁊ ei⁹ coagulum est summũ remediũ in venis. vt dicit idem.

De hirco Ca. LVIII.

b Ircus est animal petulũ ⁊ lasciuũ. semp feruẽs ad coitũ. vt dic̃ Jsi. lib. xij. cui⁹ oculi ob libidinẽ in trãsuersum aspiciũt. nã hirci dicunt oculorꝫ anguli. vt dicit idẽ. Eius natura est calidissima. adeo vt adamantẽ lapidẽ quẽ nec ignis nec ferrũ domare valet eius cruor calidissimus remollit. vt dicit idẽ. Hic caper est dict⁹. eo q̄ capenit arborꝫ summitates. vt dic̃ idẽ. Jncipit aũt hircus ad generãdum moueri post vnũ annũ. vt dic̃ Aristo. li. v. Et fili⁹ q̄ primo generat est grossior ⁊ pinguior post generatis. Jtẽ idem li. vij. Quidã hirci habent notabilẽ magnitudinẽ in auriculis sic̃ quidã arietes in caudis suis. nã quidã hñt in latitudine plus q̃3 latitudinẽ palme. ⁊ habent plixã barbã et caudã extenuatã in longitudine vsq3 ad terrã. et habẽt cornua multa ⁊ fortia atq3 grossa. ⁊ sunt hispidi et duri odoris ⁊ fetidi. pinguedinis multe. ꝑcipue interi⁹ circa renes. ⁊ tũc de facili moriuntur nisi in pinguedine attenuent. ⁊ q̃nto sũt pinguedĩs maioris tãto sunt minorꝫ seminis ⁊ paucioꝝ generatõis. vt dic̃ idẽ li. viij. ⁊ non coeũt nisi raro. ⁊ ꝓpt hoc interficiũt eos pastores sapiẽtes an̄ coitũ. aut eos macrificãt si fuẽt ad vitã ⁊ si apparẽt macri exteri⁹ q̃nq3 interi⁹ sunt valde pingues. Et accidit eis sepe mõstruositas. vt dicit Jsi. li. xviij. vñ aliq̃n visus est hirc⁹ hñs cornua in cruribꝫ q̄d valde erat mõstruosum. Carnes aũt hircine inter oẽs carnes pecorinas sũt deteriores

duriores ⁊ indigestibiliores. vt dic̄ Ysaac i diet. ⁊ maxime qñ hircus est decrepitꝰ. cuiꝰ aūt decrepiti est melior ⁊ fortior. sȝ odor est grauior ⁊ caro peior. Cū aūt castratꝰ fuerit caro eius erit humidior ⁊ tenerior ⁊ minus dura ad digerendū ⁊ minꝰ mala ad edendū. Dicit aūt Pliniꝰ li. xxviij. democritū dixisse hircū siue caprū nunq̄ȝ sine febre esse. Sanguis aūt hirci cū edera nutriti miro mō dissoluit calculū in renibꝫ ⁊ vesica. vt dic̄ Isi. Cornuciꝰ exustū fugat serpētes ⁊ sanat fistulas ⁊ cancros ⁊ alios morbos vlcerosos polipū etiā corrodit ⁊ emendat. Jecur hircinū valet ꝯtra morsum rabidi canis. fel eiꝰ visum clarificat. pannū ⁊ telā corrodit. hircina vrina mixta cū felle eiꝰ leprosis ꝯfert ⁊ lentigines tollit ⁊c̄.

De hiena. Ca. LIX.

b Hiena crudelis est bestia silis lupo in voracitate ⁊ in gula. etiā in mortuos seuit ⁊ eorū cadauera de terra extrahit ⁊ corrodit ⁊ ita hiena ab hiando est dicta. qꝛ ꝑ auiditate rictibꝫ patulis ibiat ad ꝑdam suā. Natura eiꝰ est vt mutet sexū. nūc eñ masculꝰ. nūc femina inuenit̄. ⁊ ideo immundū aial est. vt dic̄ Isi. circuit domos d̄ nocte. ⁊ humanaȝ ꝑut potest fingit vocē vt ita suspicet̄ esse homo. De hiena dic̄ Pli. li. viij. c. xxxj. hienis vtrāq̄ȝ inesse naturā. qꝛ alternio annis marē. alternis feminā esse dicunt. parit aūt sine mare vt credit vulgꝰ. sȝ Aristo. negat. vipe hȝ collū ⁊ dorsuȝ dephātis. flecti nō pōt nisi totū corpꝰ circūcingat̄. Tradūt pastores inter stabula sermonē humanū fingere. alicuiꝰ nomē adducere queȝ euocāt foras vt laceret̄. Nominationē hoīs solēt fingere ad solicitandū canes quos inuadant. multas ⁊ innumerabiles hȝ coloꝝ in oculis varietates ⁊ oculos valde mobiles. eiusq̄ȝ vmbra fac̄ canes obmutescere q̄s ꝯtingit. ⁊ oē aial qđ ter lustrauerit in eiꝰ vestigio figit gradū. Hec bestia coit cuȝ leena ethyopica. ⁊ generat aimal qđdā crudelissimū. voces hoīm ⁊ pecoꝝ imitās. plures dētiū acies vel ordines i vtraq̄ȝ pte oris habēs. Hienas plurimas africa gignit sicut ⁊ onagros ⁊ fibros ⁊ multa alia mōstruosa. vt dicit Pli. Itē ibide. Hec bestia gignit lapidē q̄ hiena d̄r. quē q̄ portauerit sub lingua fac̄ eū futura ꝑdicere ⁊ diuinare. vt dic̄ Soli. Itē dic̄ Pli. li. xxviij. hiena odit pantherā. ⁊ si pelles vtriusq̄ȝ bestie suspendāt̄. dicūt decidere pilos pātherē. Cū fugit hiena ꝯ venātem. declinat ad dexterā vt ꝑgressi hoīs vestigia occupet. qđ si nō successerit dicūt mēte alienari vel ex equo hoīem decidere. aut si in hienā torserit de facili capitur bestia vt magi tradūt. Itē vt dicit idē. fel eiꝰ est valđ medicinale. valet maxīe ꝯ caliginē oculorū qꝛ in multis etiaȝ maleficiis corde ⁊ iecore hiene vtunt̄ magi vt d̄r ibidē. Aristo. ꝟo dic̄ li. vij. q̄ quātitas hiene est sicut q̄ntitas lupi. ⁊ in eiꝰ collo sunt pili sicut in collo equi. ⁊ hȝ pilos sup oīs spōdilia. ⁊ deludit hoīes ⁊ ꝑdat eos. ⁊ capit canes ⁊ deuorat ita libēt sic hoīes. ⁊ cauat sepulturas vt comedat carnes mortuoꝝ.

De hericio. Ca. LX.

b Ericiꝰ est aial spinosum spinis hispidis ⁊ asperis coopertū. corꝰ eñ hȝ vndiq̄ȝ aculeis circūseptum. ita q̄ se clandit q̄bꝫ vndiq̄ȝ se ꝓtegit ⁊ defendit. Nā statim vt aliq̄d ꝑsenserit post se. surgit atq̄ȝ in globū ꝯuersus in sua se arma ꝯtra insidias recolligit. huiꝰ quidē ꝓuidētia est. ascendit eñ in vitē siue in aliā pomiferā arboreȝ ⁊ vuas excutit. poma deicit. ⁊ cū poma i terrā occiderint inuoluit se sup fructꝰ vt spinis infigant̄. ⁊ sic portat escaȝ filiis suis. vt dicit Isiđ. li. xij. vñ ⁊ ab hispiditate ⁊ rigore spinaꝝ hericius vel herinaciꝰ est vocatus. habet eñ vt dic̄ Aristo. spinas loco piloꝝ. ⁊ cooperiūt eū sic pili. ⁊ sunt sibi arma. qꝛ pūgit ⁊ ledit se capientē vel tangentem. Item Aristo. li. iij. Hericii alii sunt siluatici ⁊ alii terreni ⁊ alii sunt aquatici ⁊ faciūt oua multa q̄ nō comedūt̄. ⁊ sunt hericii paꝝ habētes de carne. ⁊ hoc est eisꝓpriū. hȝ hericiꝰ caput ⁊ os inferiꝰ ⁊ iñ exitꝰ supfluitatis supiꝰ. q̄nia pascunt̄ ꝑ pte inferiori. ⁊ ꝓpter hoc hȝ orificium in alia pte. supfluitas ꝟo est in dorso supius. et habet hericiꝰ q̄nq̄ȝ dētes. ⁊ intus los habet ptes carnosas loco lingue. et hȝ ventrē diuisum in q̄nq̄ȝ plenas supfluitates vñ etiā est genꝰ hericii albe teste ⁊ spinaꝝ albaꝝ. ⁊ est multoꝝ ouoꝝ. Itē hericiꝰ est debilis auditꝰ magis q̄ȝ alia aīalia duretestē ⁊ ambulātia sup q̄ttuor pedes. Ite li. v. Hericii agrestes coeūt stātes dorso applicato ad dorsum. qꝛ in illa pte vbi eiiciunt̄ supflua se ꝯtingunt. Itē li. viij. ⁊ multotiens apparet sensus i hericiis ꝯ ventos septētrionales ⁊ meridionales. qñ faciūt foramē i terra ad qđ fugiūt ⁊ qñ ꝑsentiūt tales vētos iminere

Unde quidā fuit in cōstantinopoli q̄ habuit hericiū p quē cognouit z p̄dixit vētos futuros. et nō intellexit aliq̄s vn̄ talē noticiā habuisset. Itē dicit idem li. xlij. q̄ tot hz ventres quot dētes. et in illis ventrib' generāt oua q̄nq;. et q̄dā hericij sunt alijs meliora et oua q̄rundā maiora. z quedā sūt minora quoniā quedā meli' decoquunt et digerūt q̄ alia. Itē li. xix. Hericij hn̄t modicū corpus z mltas spinas maiores corpe. Et cā illa magnitudinis spinaꝝ z puitatis corpoꝝ ē q̄m nutrimentū corpis trāsit in cas ꝑpter carnis paucitatē. z q: cib' nō digerit bn̄. vnd generat in corpib' eoꝝ multa suꝑfluitas. et illa suꝑfluitas trāsit in nutrimētū spinaruz. Hucusq; Aristo.

De herinacio. Ca. LXI.

Erinaci' idē est qd cirogrill' aīal paruū z spinosum habitās in cauernis. sil' hericio. sz dr esse mai'. de q̄ Plini'. li. viij. c. xxxviij. herinacij inq̄t more hericij se volutāt sup poma. que spinis infixa deferūt in arborꝝ cauitates. z pter illa q̄ gestat in dorso vnū sp gestat in ore. quādo venat in modū pile se voluit ne q̄n possit ꝑ aculeos cōprehēdi. qn̄ aūt posse euadere se desperat. herinaci' vrinā ex se emittit tabificam z venenosam z illa vrina p̄mo nocet sibi si ei' dorsum vel spina inde aliqualit asp gatur. nā tali fluxu dorsum suū ledit z euellunt spinule dorsi sui. z ið ignorat q̄ inde facili' capiat vn̄ alios ledere ꝑponebat. z ið aīrs est q̄ tūc venet tal' bestiola qn̄ vrina tal' bestie penit' inanita est. q: tūc fracto dorso z laxatis spinis ipi minime valet fuga. Et ideo quia odore suo naturaliter ꝑcipit tāta ī vrina sua latescere venena. sp vrine sue pcit ne eius virulentiā a se moueat aut diffundat quousq; captiuitatis necessitas vltima hāc compellat. Hec bestiola q̄uis puula. tanta se cōstringit fortitudine quādo timet q̄ vix saluo cortice poterit aperiri. In aqua igit calida ponit. qua aspersa quasi subito aperitur. z tūc ligatis pedib' posteriorib' suspēditur. et sic suspēsa fame tandē interficitur. nec aliter bono modo interficit vt eius pellicula aculeata portet. Et q̄uis ill' anima lis corpusculū humanis vsib' non multū sit necessariū. tam ei' pellicula tā spinata ita mortalib' est necessaria q̄ si nō essent aculei frustra vellerꝝ mollicies in pecudibus mortalib' esset data. cute eni hericina vestes po

liunt. Hoc autē dicit habere propriū herinacius. q̄ postq̄ pomis z racemis est onератus. si ceciderit pomū de suis spinis casu aliquo pre indignatione omnia de dorso excutit. z vt se iterꝝ oneret reuerti ad arborē cōsueuit.

De iuuenca Ca. LXII.

Iuuenca vel iuuenc' est iuuenis vacca que ad terrā excolendā iugo subijci est apta. vt ait Isið. vel ideo sic dr quia antiq̄tus ioui iuuenc' immolabatur z nō thaur'. vt dic idē. Animal est petulus z lasciuū propter iuuētutē. z ideo fortiori iugo p̄mitur vt domet. stimulo etiā pungitur vt rectius sequi boū vestigia coartetur. Iuuenca thauroꝝ copule solet esse apta. quia ī tali etate eis cōiungitur vt impregnet. Impinguat in pascuis vt pro varijs hominū vsibus ducta ad macellū a carnifice immoletur seu mactet. carnes sicciores z solidiores habet q̄ vituli lactētes ꝑpter remotionē a lacte. sed teneriores calidiores z humidiores q̄ habēt boues decrepiti siue vacce. q̄ iacenti etati magis sunt vicine. vt dicitur ī dictis

De leone Capitulū. LXIII.

Leo grece rex latine. eo q̄ rex sit z princeps oīm bestiaꝝ. vt dicit Isið. li. xij. Leonū aūt quidā sunt breues z iuba crispa. z hi sunt imbelles. quidā lō gi z coma simplici. z hi sunt acriores. animos eoꝝ frons z cauda indicat virtus eoꝝ in pectore. firmitas eoꝝ in capite sepēa venatoribus terrā cōuenit vt min' circūspecti venatorib' vel venabulis terreat rotaꝝ timent strepitus. sed ignes magis cū dormierit vigilant oculi eoꝝ. z cū ambulāt cooperiunt vestigia sua ne eos venator possit inuenire. Cū genuerit catulū trib' dieb' z tribus noctibus dormire credit. tūc demū patris fremitu vel rugitu velut tremiscēs cubili loꝯ cus suscitare dr catulū dormientem. Circa hoīem natura leonū est. vt nisi lesi irasci nequeāt. Patet etiā eoꝝ misericordia assiduis exēplis. nā pstratis parcūt. captiuos obuios repatriare ꝑmittunt. hoīem nisi ī magna fame nec comedūt nec interimunt. Hucusq; Isið. li. xij. De leone aūt dicit Pli. li. viij. ca. xvij. Leo ī sūma generositate ē qn̄ iubio colla z humeri vestiūt. q̄s pardi gignūt sp carēs h insigni. coitū aūt pardi cū leena odore cognoscit leo. z tot' in adultere surgit penam.

Sed si in flumine abluit tegit̄ eı⁹ culpa et a
mare nō ꝑcipit. In pariēdo vnguib⁹ filioꝝ
laniat̄ vterum pariētis. ⁊ ideo nō sepe parit.
Aristo. aūt vt dic̄ Pli. dixit leenā ꝑmo quin
q̄ catulos parere. deinde q̄ttuoꝛ. ⁊ sic ꝑ an-
nos singulos ad min⁹ vno sterilescere. parit
q̄ informes catulos ⁊ ꝑuos. magnitudine
mustelaꝝ in ꝑncipio dic̄ etiā catulos sex mē
sium vix posse nasci ⁊ duoꝝ mensiū vix mo
ueri. Urinā ēicit leo leuato crure more ca-
nis. ⁊ vrina eiecta valde fetet. qū semel satia
tur. duob⁹ dieb⁹ vl̄ trib⁹ cibo caret. ⁊ si i sati
etate fugiendū est. cibos ad fauces reiicit ⁊
cū vnguib⁹ eos extrahit vt sic sit leuioꝛ ad
fugiendū. diutissime viuit qd̄ cognoscit̄ per
dentiū ꝯsumptionē. ⁊ tūc in senecta hoīem
impetit. q̄ ad ꝑsequēdas bestias l̄ beluas ꝟ
tus iā deficit. ⁊ tūc obsidet ciuitates vt ho-
mines rapiat. s̄ qū capiunt̄ tūc suspendun
tur vt metu silis pene ceteri terreant̄. In vi
ros seuit. ꝯtra femīas tm̄ fremit. infantes ra
ro inuadit nisi in magna fame. Animi leo-
num index cauda est sicut equoꝝ aures. Naz
qū irati sunt animi. ꝑmo terrā cauda verbe
rant. deinde decrescēte iracūdia ꝑꝛimum ter
gū ꝑcutiūt ⁊ flagellāt. Ex oī vulnere illato
a leone siue impsso vngue siue dēte ꝑfluit
ater sanguis. vt dicit Isid. Itē in pericul̄
maxim ꝯpparet generosus. vn̄ qū ꝑsequit̄
a canib⁹ aut venatorib⁹ nō latitat nec se oc-
cultat s̄ sedet in cāpis. ibiq̄ vbi videri pōt
ad ōfensionē se parat. vbi virgultū siluasq̄
penetrauerit. acerrimo fert̄ cursu velut re-
putans turpē absconsionē. Nō eīm se abscō
dit eo q̄ timeat. s̄ solū ne timeat̄ aliquotiēs
se occultat. Dū aliquē insequit̄ saltu insilit
quo nō vtitur quādo fugit. quādo vulnera
tur mira obseruatione notat ꝑmo se tangen
tem. ⁊ in quantalibet multitudine primum
impetit ꝑcussorē. ⁊ cū quis telū miserit ⁊ cū
nō tetigerit correptū rotatū sternit. sed neq̄
tū ipm vulnerat neq̄ ledit qū morit̄ humū
mordet. lacrimasq̄ fundit. quādo egrotat
sanguine simee medet̄. cristā galli ⁊ cantū
valde timet Animal est gratū cognoscens ⁊
diligēs sibi benefacientē. vt patet in exēplis
q̄ ibi ponit Pli. Hucusq̄ Pli. li. viij. c. xvij.
De leone aūt dic̄ Aristo. li. ij. sili̇ Ani. Leo
habet collū quasi immobilē multū rigidū.
⁊ interioꝛa habet ad modū canis. ⁊ sꝑ ꝑmo
mouet dextrū pedē ⁊ post sinistꝝ sicut ⁊ came
lus. ⁊ paꝝ habet de medulla in ossib⁹. et eı⁹
ossa ita sunt dura vt ex coꝛūz collisione exit
ignis. Itē li. xvj. Leo habet multas fissu-
ras i pedib⁹. et iō generat filios cecos sicut ca
nis vel lup⁹. nā serratos h̄z dētes. ⁊ iō filios
generat imꝑfectos. sic dicit idem ⁊ etiā soli
nus. q̄ dicit leonē timere qū videt vel audit
catulū verberari. cui⁹ filij nascunt̄ ceci sicut ⁊
oim aīaliū habentiū dētes diuisos. ꝑpter in
gluuiē nascunt̄ filij imꝑfecti. In altissimis
mōtib⁹ occultat se. ⁊ inde ꝯtēplat̄ ꝑdā suam
quā cū viderit alte rugit. ad cui⁹ vocē terrē
tur aīalia ⁊ subito figūt gradū. circa q̄ cum
cauda in orbē lineā ducit. ⁊ illius lineature
circulū transire quodlibet aīmal ꝑtimescit.
⁊ stant animalia stupida q̄si edictū expectā
tia regis sui. Trāsiens ꝑ loca asperioꝛa vn
gues intra pedē ꝯtrahit ⁊ recōdit. Nā illis
vtit̄ ꝑ mucrone. ⁊ ideo infra carnositatem
ipsos abscōdit ⁊ eis parcit ne ledant̄ vl̄ hebe
tent̄ ꝑdā suā quā arripit sol⁹ comedere eru-
bescit. ⁊ ideo sepe ipm a remotis sequētibus
alijs bestijs de ipa ꝑda liberalitatis grā de-
relinq̄t. vt dic̄ idē. tāte aūt est caliditatis q̄ fe
bres ꝑ quartanas patit̄. ⁊ hūc morbum na
turalit̄ sustinet vt eı⁹ feritas edomet̄. cui⁹ ca
ro cū excedat in caloꝛe ad esum ē nociua. vt
dic̄ Dyas. ⁊ Pli. li. xxviij. valet etiā in medi-
cina m̄ltiplicit̄. cui⁹ adeps venenis ē ꝯtrari
us. q̄ quicūq̄ punct⁹ fuerit. alioꝝ aīaliū vl̄
reptiliū morsus illo tp̄e nō timebit. eı⁹ etiaz
adeps mixt⁹ cū oleo rosaceo cutē faciei cu-
stodit a vicijs candoꝛēq̄ seruat ⁊ sanat. adu
sta oculoꝝ sedat tumores. fel eı⁹ aq̄ addita
oculoꝝ acuit claritatē. valet etiā ꝯ comitia-
les morbos ⁊ caducos. Coꝛ eı⁹ in cibo sum
ptū soluit quartanā febrē. Huc usq̄ Plin.
li. xxviij. c. viij. Uenat̄ aūt leo sic. duplex fit
fouea. vna ꝯtinue iuxta aliā. in secundaria
fouea ponit̄ vna cauea siue cista q̄ de facili
claudit̄ quādo tāgit̄. ponit̄ aūt agn⁹ l̄ ouis
in fouea prima in quā salit leo quādo esurie
ꝑ onicula rapienda cupidus. videns aūt se
non posse de fouea erumꝑe. erubescēs se de
ceptū ⁊ foueā volens intrare secundā vt ibi
lateat. incidit in cistulā siue caueam ibidē ꝑ
paratā que post eius introitū subito se clau
dit ⁊ ipm vlterius nō ꝑ̄mittit exire. sed in
cauea extra foueā extrahitur ⁊ in illa tene-
tur captus ⁊ catenatus donec edometur. et
hoc tāgit Hieronym⁹ super Ezechiel̄. xix.
capitulo. super locū istum. miserunt eum i
caueam ⁊c̄.

De leena
Capitulū. LXIIII.

